Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26339
Copyright: Admont, Benediktinerstift



M.I.
L.XIIII.
I.I.

IHV XPI FILII DAVID. FILII ABRAHA.
Abraham genuit isaac. Isaac autem
genuit iacob. Iacob autem genuit iudam & fratres
eius. Iudas autem genuit phares. & za
ra de thamar. Phares autem genuit esro.
Esrom autem genuit aram. Aram autem
genuit aminadab. Aminadab autem
genuit naasson. Naasson autem genuit
salmon. Salmon autem genuit booz
de rachab. Booz autem genuit obeth
ex ruth. Obeth autem genuit iesse.
Iesse autem genuit dauid regem.
Dauid autem rex genuit salomonem
ex ea que fuit urie. Salomon autem
genuit roboam. Roboam autem genuit
abiam. Abia autem genuit asa. Asa
autem genuit iosaphat. Iosaphat autem
genuit I O R A M.